



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§.13. Defunctus efferebatur. Ex curta sepeliendi mortuos fidem protestamur resurrectionis, sicut Abraham.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

enim corpora extollit honoranda dum eorum sepulchra signis tribuit esse veneranda, quo fit ut loca faciat refugiorum, salutis fontes, & defensiva propugnacula civitatum, Regnorum, ac Provinciarum, quorum intuitu se tanto credunt tutiores esse & honoratioris, quanto SS. reliquias penes se habent numerosiores, tantique Deus ostendit se illos aestimare, ut vel minimus capitis eorum capillus sit auro pretiosior: per illum etenim non vulgaria aliquando prodigia operatur, quibus impletam eius ostendit veritatem, quod sepe ipsdem ipse promiserat. Sed & capilli capiti vestri omnes numerati sunt. Quinimo & calceus attritus, tunica lacera, obsoleta, repetiata. Unde quanti faciat capillum, qui talem habet capitis Magdalenz, fateor ego plus vnicuique, quem possideo, me facere, quam omnia totius mundi imperia. Materiam enim hanc ita video copiosam, ut plures hinc requirerentur discursus, attamen dicta sufficiant, ex quibus prima ratio D. Aug. possit intelligi de cura corporibus adhibenda defunctorum, maxime vero Sanctorum: fuerunt enim organa & templa S. Spiritus, vasa animarum sanctarum, ceteraque dignioris.

Matth. 10. 30.

§. 13. Defunctus efferebatur. Ex cura sepeliendi mortuos fidem protestamur resurrectionis, sicut Abraham.

83 43
I. Similitudo de fide futura resurrectionis.

II. Resurrectio in cogita infidelibus.

Secundam rationem assignat D. Aug. nempe quod per hoc procellamur ac coniteamur articulum fidei nostræ maxime necessariū, cui tota spes nostra innuitur, nostrorum corporum resurrectionem: Propter fidem resurrectionis adfructandam. Quando vestis alicui obsolescit, ut eam exuens deiecit in sterquilinum, vel in ignem, vel in flumen; eo ipso declarat, quod eam nunquam sit recepturus, nec ea sevelaturus, verum domicella, quæ per integrum diem tunica præfulsit induta pretiosa sub vesperam, dum illam exiit, studet diligenter ut à sordibus emundetur, odoribus inficiatur, ad primas comprimatur plicas, linteo involuatur, & cillâ recondatur leneturque firmiori, hoc ipso declarat, quod transacta nocte, & oriente sole, vel festo illucescente solemniori illâ se demum vellet adornare. Corpus vestimentum est, quo induta regitur anima quo tempore hoc in mundo versatur. Infelices illi, qui morte accedente, hinc enim est, quæ corporis tollit tunicam, eam malis auitibus proiebant, vel auitibus, bestisque discerpendam vel in sterquilinum in stercus mutan-

dam, ut populi infideles, hoc fecisse censentur: qui necdum credebant, aut futuram sperabant resurrectionem corporum nostrorum: sed nec illam quidem audierant: eratque hoc eorum intellectui adeo peregrinum & inlicitum, ut facile liquet, ex eo quod D. Pa. contigit Athenis p. 17. 34. dicant.

Nos vero illam firmiter credimus, & hac merito spe vivimus: hæc ea est quæ cor nostrum pascit ac confortat, ut labores ieiunia, disciplinas & mortificationes in teptidi subeamus, ut profectus Apostolus hanc doceat doctrinam: quod si futura non sit resurrectio, in quem ergo sinem corpora nostra tot frangimus laboribus, tantaque fatigamus mortificatione? Si mortui non resurgunt, &c. Manducemus & bibamus. Verum fides hæc tanti nobis refert, ut nos ipsa doceat, quod sepelire mortuos, idem sit atque eos seminare: non enim agricola tritice granum deiecit in terram, ut perdat, sed ut debito tempore luxuriosus & abundantius pullulet; Seminatur in ignobilitate, surgit in gloria. Seminatur corpus animale, surgit spirituale. Seminatur in corruptione, surgit in incorruptione: de quibus Sabbato Transfigurationis egimus. Idcirco fideles corpora defunctorum insepulta non deserunt, sed & illa, ut quid pretiosum, habent: quando enim quis moritur, hæc corporis tunica tollitur purgatur, lavatur, & ceremonia hæc est antiqua, & in primitiva Ecclesia vlturpata, multisque sæculi confirmata, ut patet ex scriptis D. Gregor. similiter honeste coplicatur brachijs in crucis modum subnectitur, pedibus unctis, capite linteo, & oculis obuclatis, thure conspergitur, sicut in exequijs, & linteo mundo sepulchrali involuatur, in arca sepulchri reconditur, ut transacta huius sæculi nocte, die iudicij illucescente, quem Spiritus S. diem nominat æternitatis, hoc iterum anima induatur mundo, & renovato, ad vitam æternam ac gloriosam. Dum igitur officium celebramus exequiarum si infidelis accideret, nosque interrogaret in quem hæc omnes ceremoniarum finem: illi responderemus: ex hoc corpore depositum constitumus, dicentes cum Apostolo: Salvatorem exspectamus Dominum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ.

Hinc originem sumpsit illa cum mundo introducta consuetudo (testante D. August.) fidelium corpora sepeliendi defunctorum, & suis præextremis sepulchra corporibus: Vnde & pro mortuorum in formam suam officiosa pietate curata sunt.

Ho. 13. in
Evang. &
capite l. 5. Dial. 6.
4. 5. 6. 27.
Philip. 3.
D. Aug. 10.
L. de cura
m. 10. 4.
sunt,

III. *sum; & exequia celebrata, & sepultura provisā, ipseque dum viverent de sepeliendis vel etiam transfrendis suis corporibus alius mandaverunt.* Nefas est præterire diligentiam circa hoc pietatis officium, Abraham: cum enim sit nobis opus ad instructionem perutile referat hoc Spiritus S. fuit omnibus adomatum circumstantijs. Dum in terra moratur Chanaan, moritur illi Sara charissima coniux in civitate Arbec, quæ cum in valle illa nominatissima Hebron sita esset, Hebron est appellata. Confectum Abraham eius obitum

Gen. 25. 1. deplanxit exequiasque celebravit: *Venit Abraham ut plangeret eam. Cumque surrexisset ab officio funeris. Duo hic ex Spiritu S. considera commendata in Abraham. Primum: quod mortem conuigis lacrimis planctuque profectus est; Non fuit hic luctus talis qualis ac leuis; sed prægrandis multis suspirijs, multoque gemitu celebratus, hoc enim est: *Ut plangeret eam.* Suadet namque ratio ut mortuos lugeamus & ceptos nobis parentes, charosque doleamus, molque tunc increbuerat quemque desere habita ratione qualitatis, quosdam tribus diebus, alios septem, illos triginta, nostras autem suis Saluator lacrimis consecrauit, quas fudit in Lazari morte copiosas; de quibus tunc dicendum.*

44. Secundum: hoc fecit: *Officium scilicet funeris: fidelis erat, & licet sicut homo carne constans ereptam sibi doleret charissimam coniugem, credebatur tamen ut fidelis, quod illam in omnem non perderet aternitatem, quodque idem illud corpus esset gloriosius in resurrectione recepturus, ideo tunc illud non in sepultum neglexit, sed officium ei soluit funeris honorificum. Per hoc ait*

D. Tho. D. Tho. Declarare voluit Spiritus S. *Religiosum officium funeris exhiberem.* Quod illud videlicet lauerit, vixerit, partes debito ordine composuerit odores, floresque superiecreit, amiculo ferale innoluerit, sicut qui tunicam linneis obuoluit ut arca includat custodiendam; deinde confestim vitam omnem contulit officio funeris, ut corpus sepultura traderet ut securæ; ita decentiori

En sine ciuitatum illarum coegit in vnum oppidanos, atque illis: *Ecce charissimi mei Domini? Advena ego sum & peregrinus apud vos: date mihi ius sepulchri vobiscum & sepeliam mortuum meum.* Omnes vnanimis respondent Domine Princeps talis, qualem te cuncti suspicimus; non oportet ut roget, sed pro voluntate sua eligat sibi sepulchrum, careris quod habemus illustrius, quisque sibi gratulabitur talem sepulchro suo recipi defunctam: *Princeps Dei es apud nos, in eluctis sepul-*

chris nostris sepeli mortuum tuum, nullusque te prohibere poterit. En quali petegimus Abraham titulo compellent; Princeps Dei apud nos. D. Hic. Lib. de 99. ronymus hanc eorum interpretatur sententiam; Hebraei in Gen. Princeps es non minimus, quo a. v. nos i nullum agnoscimus illustriorem: hoc etenim phrasi signatur S. Scriptura: Princeps Dei id est Princeps maximus sicut Cuius Dei. Montes Dei. Hunc quoque sensum sequitur D. Chrysol. q. d. Rex es in apud nos.

Noster autem Cardinal. Caitan. arbitratur Abraham tanta fuisse morum sanctitate præstantem, ut passim eum omnes tanta veneratione colerent, quanta deceret supremum Dominum iudicemque reuereri, quem illis Deus ad regiones eas destinauerat: ita sentiunt Abulen. & Liran. Non opus est, ut tantus Princeps ius à nobis exigat sepulchri ipsius sit, illud pro beneplacito inter tot illustria seligere nobis: *In electis sepulchris nostris.* Nequaquam hoc ita fiet, respondet Abraham: aliterum nõ exoptulo sepulchri, sed quod meum sit; ac nepotum meorum iure perpetuo: *Ius sepulchri.* vnde hoc tantum à vobis efflagio ut propitij sitis mihi apud Ephron filij Seor mediatores. Erat is vir præpotens & auctoritate primarius: campus illi erat cum spelunca, quæ duplex habebat antum: vnde dicebatur *Spelunca duplex.* Mihi sitis (amabo) apud illum sequestri, ut mihi diuendat agrum cum spelunca, quem mihi meisque posteris sepulchrum cõsecrem sempiternum. Omnes Ephron accedunt mediatores, ille verò non parua humanus affabilitate, exclamat alijs, ut omnes intelligant: Domine, crede mihi; magno me præuenies comes beneficio, dum mea tibi dignaris assumere: Tibi sit ex nunc ager & spelunca, & coram hic astantibus eum tibi cedo iure perpetuo. Gratias tibi refero, replicat Abraham, Domine mi, immentas, sed illam postulo coniugi meæ mihi que sepulchrum, vnde gratis eum recipere, omnino recuso, nec mihi, nisi iusto venditum, accipiam. Cum igitur hoc tibi sedeat, inquit Ephron Ager cum duplici spelunca quadringentis valet siclis argenti. Confectum h. s. illi Abraham appendit in moneta probata, voluitque stipulationes fieri & rata veditiois huius ac possessionis: hoc enim indicant illa verba: *Videntibus filijs Heib, & cunctis qui intrabant portam ciuitatis illius.* hic igitur vxorem suam defunctam terra conrexit, mansitque deinceps spelunca illa in ius sepulchri illi eiusque nepotibus.

Nonnulla hac in historia perpende. Primum: quod tunc apud populum illum (licet Chanaan) infideles



I V.
 Se, ul-
 chra eri-
 gēdi an-
 tiqua cō-
 suetudo.

Ad. 7. 5.

infideles essent) mos increbuit ut supra
 erigerentur sepulchra maiora & minora, & iux-
 ta cuiusque qualitatem: hoc enim significatur
 his verbis, ex mente D. Tho. *In electis sepulchris*
nostris, id est in præcipuis & nobilioribus sepul-
 chris. Secundum: quamvis Abraham vir esset
 omnimodè dives ac clarus nunquam voluit in
 hoc mundo quidquam sibi iure proprio posside-
 re (*Nec possum pedes* inquit inuictus Christi pro-
 tomartyr D. Stephanus) re ipsa monstrans quod
 ipse ait: & D. Paulus repetit se peregrinum hic
 esse, quocirca hæc communi is illi phrasi erat lo-
 quendi, qua nunc vult: *Aduena sum & peregrin-*
us. Nihilominus iure proprio atque perfecto
 possidere voluit agrum & speluncam, quam sibi
 in sepulchri locum determinauit: hic etenim
 locus sibi proprius est: & hic solus, ex omnibus
 mundi bonis tibi remanebit: scilicet sepulchrum,
 vt ante diximus.

V.
 Cur Abra-
 nis locum acceptare vitro grati-
 que oblatu, at-
 ham pro-
 que inter corum sepulchra & quidem electiora
 priu vo-
 vnum sibi eligere pro beneplacito conueniens?
 Inerit se-
 Conuenienter equidem, ait D. Tho. eo quod illi
 pulchrū. Gentiles essent ac infideles, censebatur ratio-
 ni 2. 2. 9. 100 repugnare, vt fidelium corpora sepeliretur inter
 11. 4. ad. 3. infidelium cadauera: cum enim fuerint illi iusti,
 templa fuerunt S. Spiritus, & ad vitam æternam
 erant resuscitanda gloriose: porro infidelium,
 templa fuerunt demoniorum, organa & instru-
 menta mille iniquitatum, ac scelerum, erantque
 ad mortem æternam aliquando resuscitanda.
 Proprium habere voluit sepulchrum (inquit D.
 Gen. 23. Amb. apud Lipom.) vbi sibi certo constaret con-
 seruanda fore corpora coniugis suæ, si uinque
 atque nepotum omnium: si namque locum Do-
 minus alius iure possideret, tanta non gauderet
 securitate.

45
 Qys ra-
 tione
 Abraham
 ius eme-
 rit sepul-
 chri.

2. 2. 9. 100
 cit.

Cæterum nõ leuis hic oritur difficultas. Quæ
 potuit Abraham conscientia sibi comparare *ius*
sepulchri, quod spirituale est, quod nec vendi, nec
 emi potest saluo vitio Simonie? Cardinalis no-
 ster Caietan opinatur, quod sepulchrum ex se
 non sit locus sacre, sed ex lege tantum positi-
 ua Ecclesiæ: non enim magis sanctificat locus
 corpus mortuum ac viuum, imo quis forsitan di-
 xerit, minus adhuc: & omnibus in confesso
 est, quod domus locusque corporis viui, licet
 viui Sancti, vel sacerdotis, de se nõ sit sacratu:
 & sicut tunc temporis nullæ constitutæ fuerant
 leges positivæ potuit sibi Abraham comparare
 & emere ius sepulchri D. Tho. arbitratu quod
 locum hunc emerit ad redimendam, quam vere-

batur, vexationem ab infidelibus defunctorum
 corporibus inferendam, si prepnus illi non futif-
 set: etenim illum ilico eius Domini pollucere. &
 corpora insepulta abicere potuissent: a quo i-
 deo illum sibi voluit emere, vt semper suis es-
 set: sicut similiter eandem ob causam gratis ac-
 cipere recusauit puteum sibi à Palæstinis obla-
 tum, sed emptum voluit in eius pretiū soluens
 Abimelech oues & agnas, ne timore aliquo an-
 xiaretur, quod illum deuo repeteret vel au-
 ferre molirentur.

Possimus & hoc addere ex D. Ambrosio, quod *Lib. 11. de*
locum illum non emerit, vt sepulchrum, sed vt Abraham
terram profanam, vt illam in sepulchrum seli-
geret, quatenus tantò securius velut in arca de-
functorum corpora salva seruantur. Eo modo
quo Dauid postmodum gratis acceptare noluit
sibi ab Ornam Iebusæ oblatam arcam ædifi-
cando altari congruam, rigoroso namque pre-
tio eam sibi voluit solutam comparare. Emere
sibi voluit hunc agrum Abraham sepulchro de-
dicandum, locum duobus titulis illustrissimum: Locus
Primus: quia talis in se erat: etenim possessio e- hic duo-
rat diues, locus amœnus hortis & arboribus ad bus titu-
recreationem confusus: vt ibidem S. pagina de- lis erat
notat, vnde hunc Ephron possidebat, vt inter insignis,
vrbs illius incolas cæteris facile superior, quod
ipsa S. Scriptura non tacuit: Habitu Ephron in
medio filiorum Heti. Etenim S. Scriptura, habita-
re in medio ciuitatis, significat in ea relictus es-
se magis cognitum, atque dignitate illustri-
orem. Secundus: eo quod ciuitas illa esset Arbee,
vel Hebron vetustissima, quam S. Textus affit-
mat antiquiorem fuisse Tanai, vel Memphis Me-
tropoli totius Ægypti: quinimo sustinet Ioannes In Cos-
Annus, apud Hebræos pro comperto haberi, menti li-
fuisse primam totius orbis ciuitatem, à propo- Xenoph.
plante Patre nostro Adam ædificatam: de quo agnoscit.
 nihil modo placet definire. Hunc igitur locum
 elegit sibi iusque Abraham in sepulchrum adeo
 celebrem & illustrem, voluitque eum sibi habe-
 re perfecte congruitum per actum venditionis
 publico notario confirmatum, præsentibus po-
 puli iudicibus: nec non omnibus vrbs illis ci-
 uibus in testes advocatis: vt tibi innotescat, qua
 cura eximius ille fidei pater coemerit & præ-
 parauerit sibi, coniugi suæ, filiis legitimis, cun-
 ctisque posteris sepulchrum iure perpetuo. Ad
 hoc ergo antrum hoc duobus finibus cancaum
 elegit: quod inde dicebatur *Spelunca duplex*: adeo
 pretiosum vt in eo charissimum sibi coniugem
 sepeliret, & mortuus decesserit, vt in eodem à
 filiis suis Isaac & Imacl reconderetur. Hoc se-
 pulchrum

plius iacet Isaac filius eius, & Jacob, qui licet in Ægypto sit mortuus, tamen filius suis præcepit, eo corpus suum inferendum. Idem nomen de S. Joseph filio Jacob, qui suscepto à fratribus suis iuramento voluit in eodem sepulchro tumulari.

VIII. Hanc in viris iustis perpetuam notamus sollicitudinem, sic videre licet sepulchrum, quod Jacob dilectissimæ sibi Racheli circa Bethlehem extruxit. Celebre sepulchrum, quod Salomon David patris suo dedicavit de quo fuit Joseph. a. & D. Hier. b. hoc inscribit: *Mausoleum Dani- antiq. c. 13. n. 16. quod millenis post annis tempore Christi integrum adhuc extabat vt patet. c. elapsi licet tot annis, tot bellorum tumultibus, tot feruitibus calamitatibus. Vt quid omnino singulare referat Ioseph. Sepulchrum, quod propheta Daniel Regibus Medorum, Parthorum, & Persarum erexit in tanti beneficii gratitudinem, quo à Dario Rege summus fuerat honoribus exaltatus: Dū Da- niel se esse insignitus, & clarus, eo quod religiosus existeret, adfuerunt in Ecbatani Media Mausoleū vnde præclarum, & mirabiliter nimis extruim: sic eius pulchritudo videtur noua & solida nulla- que se nectue, tam magni temporis longevitate confecta &c. vt die qua conspiciatur, putetur esse constructum. Longè præcellens fuit & illud t. Mat. 13. quod Simon in ciuitate Modin edificauit magni Machathie filius, quod Spiritus S. singillatim describit, vt prædiximus D. Stephano martyrum antesignano, testante S. eloquio, mausoleum erectum fuit permagnificum: *Curauerunt Sre- phanum viri iuuarati & fecerunt plantum magnū super eum. Quid amplius? Et ipse Deus illultra curauit electis suis sepulchra consecrari. D. Cle- martyri in mari Angelicis manibus mirabiliter constructum, Virgini omnium clarissimæ D. Cathar. in monte Sinai ad quem eam transferri iussit Angelorū ministro in sepulchro adeo venerandum, & ex cultum illo liquore de corpore eius iugiter profuente, quo postmodum corpus S. Nicolai Auesstis transferri voluit, & hanc suā sollicitudinē testatur est diuersis præceptis, quæ circa Sanctorum corpora reperimus, quæ dum eligit se- locis iacerent sepulta parum decentibus, vt ad pulchra alia & magnitudine & opere digniora transue- herentur, nō semel mandauit: vt constat de cor- poribus Gamalielis, Nicodemi, & SS. Geruasij Vide Bozi. & Protasij, aliorumque de quibus fuit tractatū l. 3. de sig. est, & de hoc sibi semper fideles congratulati sunt ob prædictas rationes. Laudat D. Aug. Gen- tilium diligentiam in extruendis sepulchris, usq; condendis defunctorum corporibus, verum tamē**

corum explodit rationem: errorem enim inuo- luebat, quod videlicet anima egressa de corpore Error vagaretur in incertum. nec à defunctorum dijs gentiliū reciperetur, donec corpus terra mandaretur. Et circa de- hoc Poeta canit Virgil. *Nec ripas horrendas, nec rauca fluentia Transfertare prius quam sedibus ossa quie- runt.* *Lib. 6. Encid. Lib. de Anima. c. 50.*

IX. Deus sã. Etis suis- pulchra honestio- ra

corum explodit rationem: errorem enim inuo- luebat, quod videlicet anima egressa de corpore Error vagaretur in incertum. nec à defunctorum dijs gentiliū reciperetur, donec corpus terra mandaretur. Et circa de- hoc Poeta canit Virgil. *Nec ripas horrendas, nec rauca fluentia Transfertare prius quam sedibus ossa quie- runt.* *Lib. 6. Encid. Lib. de Anima. c. 50.*

Nec ripas horrendas, nec rauca fluentia Transfertare prius quam sedibus ossa quie- runt. *Lib. 6. Encid. Lib. de Anima. c. 50.*

Vt autem eis hoc Diabolus persuaderet (in- quit Terrullianus) & ipse aliquoties in nomine & persona defunctorum apparebat, dicens, eorū, animas esse, quodque detinetentur eo quod ca- rum corpora essent insepulta, referens ad eius confirmationem historias Patroci & Achillis. Verum tamen (inquit) Argumenta sunt hæc fabularum ab Homero composita, ex affectu erga de- functos, vt viuos tanto fortius ad defunctorum sepulturā animaret. Fabulæ sunt (inquit D. Au- gustinus) hæc à fide Catholica quam profiteamur profors alienæ: quæ reprobandur eo quod scia- mus multa SS. Martyrum corpora insepulta ia- cuisse, bestiarum dentibus exposita & laniata de quibus ex l. salterio canimus: *Posuerunt mortalia seruatorum tuorum estas volatium cali: carnis San- ctorum tuorum bestijs terra. Effuderunt sangui- nem eorum, sicut aquam in circuitu Hierusalem & non eras qui sepelires: Fuitque eorum mors pfallente Dauid: Pretiosa in conspectu Domini: corporibus enim eorum malis aubus proiectis, anime in æternæ quietis sedem receptæ sunt, sicut ex illo mendico factoque (ait) Lazaro intellegimus. Refert autem D. August. id quod de hac materia contra errorem Gentilium dis- putauit. Rationes vrgentiores sunt illæ quas produimus quibus admonemur ne indecemer corpora proficiamus insepulta, sed tumulo re- condamus illa decentiori.*

§. 14. Efferebatur. Defunctos in locis sacris se- pelimus ad qua recurrimus pro virtutum ex- ercicio.

Efficacioribus his adducta rationibus Ec- clesia tempore legis Et angelicæ statuie corpora defunctorum sepelienda, nedum in ciuitatibus, sed etiam in Ecclesijs & ex- miterijs illis vicinis: sunt enim hæc loca mul- tiplici concursu frequentiora, & in quibus pa- riter omnes conueniunt, Ecclesiastici, laici, no- biles & plebei, viri ac mulieres, iuuenes & se- nes, de quibus diuersas instituit leges, iuxta pre- sonarum, ac qualitatum differentiam. Pluri- mum

X. *Lib. de Anima. c. 50.*

Ps. 78. 2.

Ps. 115. 5.

Lib. 6. c. 11

Ec. 46

Ec. 46

Ec. 46

Ec. 46